



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

Illvstrissimis, Reuerendissimis, Generosis, Atqve Amplissimis Dominis, D.
Ioanni Raitz à Frentz, Praeposito, D. Arnolde à VVachtendonck, Decano,
DD. Archidiaconis, Cæterisq[ue] Cathedralis Ecclesie ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

ILLVSTRISSIMIS,
Reuerendissimis,

GENEROSIS,

ATQVE AMPLISSIMIS
DOMINIS,

D. Ioanni Raitz à Frentz,

PRAEPOSITO,

D. Arnolde à VVachten-
donck, DECANO,

DD. Archidiaconis,

Cæterisq; Cathedralis Ecclesie

LEODIENSIS Canonicis:

Itemque,

Toti Venerabili Clero

LEODIENSI.

Non poterat hic Libellus
oportunius vel scribi,
vel in lucem edi, Illustrissimi,
Reuerendissimi, multum Ge-
nerosi, atque Amplissimi Do-
mini, quàm hoc tēpore, quo

A 2

AC-

accensi zelo illius Religionis,
quam Leodiensibus Antistiti-
bus, Clero, Nobilitati, Popu-
lo semper obseruatam, sem-
per cultã fuisse ostendo, De-
creta grauissima sponte ve-
strã ipsi conscripsistis, & vul-
gastis, de eãdem Religione
retinendã, & coërcendis iis,
qui contra eam quoquo mo-
do peccarent. Est quod ma-
gnopere gaudeã, mihiq; gra-
tuler, datam vestrã pietate
oportunitatem, pro modulo
meo exercendi illud diuinũ
Effatum: Mala aurea in
lectis argenteis, qui lo-
quitur verbum in tem-
pore suo. Proverb. 25. ver.
11.

Non

Non excurram hic in lau-
des vestras. Scio esse amplif-
simas: sed vobis approbanti-
bus, dicere ausim, omnes re-
liquas infra hanc esse, quã
Decreta illa edidistis, tam
Catholicorum Patrum Filij
genuini, & digni Heredes.

Valete, & in dies magis,
magisq; cõualescite; meum-
que studium approbate, &
defendite. Leodij 24. Iu-
nij, anno 1633.

Vestræ Amplitudini addictif-
simus in Christo Seruus,

IOHANNES ROBERTI,
Societatis IESV.